



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quare illa materia confusa sit dicta informis, & vbi ad esse prodiit, &
quantum in altum ascenderit. E. F. G

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Dan. 3. f.

ponantur, quæ benedicunt Dominum: unde dicitur. Benedicite lux & tenebræ Domino. Ideoque sciendum est, tenebras diuersis modis accipi, scilicet vel pro lucis absentia, qualiter supra accepit Aug. iuxta quam acceptionem non sunt aliquid: vel pro aere obscurato, siue aeris obscura qualitate, & secundum hoc aliquæ res creatæ sunt. Ideo ergo dicit tenebras tunc fuisse super faciẽ abyssi, quia nondum erat lux: quæ si esset, & superesset & superfunderetur: sed nõdũ lucis gratia op^o suũ De^o uenustauerat, quæ postea in primo die formata est.

Duo hic considerata sunt: quare illa materia confusa sit dicta informis, & ubi ad esse prodiit, quantumque in altitudine ascenderit. E

De qua re priusquã tractem^o, duo nobis discutienda occurrunt: Primum, quare illa materia confusa, informis dicatur: an quia omni forma caruerit, an propter aliud. Secundo, ubi ad esse prodierit, & quantum in altum ascenderit. Ad illud ergo, quod primo positum est. breuiter respondentes, dicimus illam primam materiam non ideo dictam fore informem, quod nullam omnino formã habuerit: quia non aliquid corporeum tale existere potest, quod nullã habeat formã: sed ideo nõ absurde informẽ appellari posse dicim^o, quia in confusione & permixtiõe quadã subsistens, nondum pulchram apertamq; & distinctam receperat formam, qualẽ modo cernimus. Facta est ergo illa materia in forma confusiouis ante formã dispositionis. In formã confusiouis prius omnia corporalia materialiter simul & semel sunt creata: Postmodum in forma dispositionis sex diebus ordinata. Ecce absolutum est, quod primo in discussione propositum fuit, scilicet, quare illa materia dicatur informis.

Hic ad id quod secundo querebatur, respondet. F

Nunc superest, quod secũdo proponebatur explicare

plicare, vbi scilicet illa materia substiterit, & quã-
tũ in altitudine porrigebatur. Ad quod nihil te-
merè afferentes dicimus, quod illa prima rerum
omnium moles quando creata est, ibidem adesse
videtur prodiisse, vbi nunc formata substiterit. E-
ratque terreum hoc elementum in vno loco, eo-
demque medio, substiterit cæteris tribus in vna
confusione permixtis: eisdemq; circunquaque in
modo cuiusdam nebule oppressis, ita obnolutũ
erat, vt apparere non posset quod fuit. Illa vero
tria in vna permixtione confusa circunquaque
suspensa, eousq; in altum porrigebantur, quous-
que nunc summitas corporeæ naturæ pertingit.
Et sicut quibusdam videtur, vltra locum firma-
menti extendebatur illa moles, quæ in inferiori
parte spissior atque grossior erat: in superiori ve-
ro, rarior ac leuior atque subtilior existerat, de
qua rariori substantia putat quidam fuisse aquas
quæ firmamentum esse dicuntur. Talis fuit mun-
di facies in principio, priusquam reciperet for-
mam vel dispositionem.

Oppansis.

*Ostenso, qualis fuit mundi facies in ipso primordio, inci-
pit prosequi operum sex dierum distinctionem.* G

Nunc superest vt dispositionem illam qualiter
perfecta sit, ordine prosequamur. Sex diebus,
sicut docet scriptura Genes distinxit Deus & in
formas redegit proprias cuncta quæ simul mate-
rialiter fecerat. Perfecitque opus suum die sexto:
& sic deinde die septimo requieuit ab omni opere
suo, i. cessauit nouam creaturam facere. Sex enim
diebus sex rerum genera distinxit, nihilq; postea
fecit, quod in aliquo illorum non contineatur:
operat⁹ est tamẽ postea, sicut veritas in Euang. ait:
Pater me⁹ operatus est vsq; nũc. & ego operor illud.

Genes. 2. 4.

De quatuor modis diuinae operationis.

Alcuinus s.

ue Albinus

Quatuor enim modis, vt ait Alcuinus super
Genes. operatur Deus. Primo in verbo, omnia dis-

*in quest. ad
ca. 2. Gene.*

Y 5

ponen-